

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Religio af cum uariis

Non uultis esse contenti communi uita. Non sufficit uobis regulare ieiunium, non sollempnes uigilie, non imposita disciplina, non mensura quam uobis partimur in uestimentis uel alimentis; priuata prefertis communibus. Qui uestri curam semel nobis credidistis, quid rursus de uobis intromittitis? Nam illam qua tociens Deum conscienciis uestris testibus offendistis, propriam scilicet uoluntatem uestram. Ecce nunc iterum magistram habetis, non me! Illa uos docet nature non parcere, rationi non acquiescere, seniorum consilio uel exemplo non obtemperare, nobis non obedire. An ignoratis quia melior est obediencia quam uictime? Non legistis in regula uestra quod quicquid fit sine uoluntate uel consensu spiritualis patris, uane glorie deputabitur, non mercedi?

Bernardus super Cantica sermone XIX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uobis *om.* B, nobis M; uestri] nostri C; credidistis] credidisti M; qua tociens] quociens C; scilicet *om.* C; nunc] non P V¹ V² L¹, nonne L²; me!] me? V² L¹ L²; docet] decet C; seniorum] seminorum V¹